



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

15. Rationes reddere iussus, an satisfaciat, si reliquum reddat, non editis
rationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

ad partem debiti testantem pertinent, Reliqua trahere: Reliquari, Reliquatores: qui ex parte se à creditore exemerunt, & ex parte debitorum manent, authore Scauola in l. creditor ff. de solu. Vbi Accursius comminiscitur.

13 † Reliquatorem dici ex mala administratione. Reliquari enim vulgò dicimus: Ein rest schuldig bleiben. lege. Lucius Titius. & l. debitum. ff. de administ. tut. Vlpian. in l. Rescripto. ff. de mune. & honori. Eos demum, inquit, creditores accipere debemus: qui ex administratione Rei publicæ reliquatur.

14 Octaua, Si nomina † sint in ratione suspecta, tunc ab eo qui rationem reddit, exigitur probatio, debitores fuisse tempore contractus idoneos l. qui sub conditione. ff. de condi. & demon.

15 Nona. Is † qui reddere rationes iussus est, non videtur satisfacere, si reliquum reddat, non editis rationibus, ait Pomponius in l. non solum. §. is, qui. ff. de liberatio. lega. Scauola. in l. fin. ibidem, inter cetera (inquit) liberto ita legauit: Et si quid me viuo gessit, rationes ab eo exigi veto. Quaritur an charitas: in quibus

quibus rationes conscriptæ sunt, item reliqua secundum accepta & expensa hæredibus reddere debeat? Respondit: ea de quibus queritur, posse hæredem vindicare l. Si ita fuerit seruus. s. quæstio hæc. ff. de manumis. testa. In reliquis (inquit Vlpianus) accipere debemus, vt quod ipsa rationum volumina reddantur.

Decima. Qui rationes reddere debet: is 16
potest impetrare à magistratu arbitrẽ (vulgò calculatorem vocant) qui de acceptis & expensis duntaxat cognoscat. l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. Et ibi Bartolus.

Vndecima: Reddita semel ratione approbata, non potest administrator denuo vrgeri ad iterandam calculandi molestiam l. semel C. de apoch. Est autem ἀποχὴ græcè, receptio, Latine, puta chirographum & confessio creditoris, numeratam sibi esse pecuniam à debitore totam vel partem ἀντιποχὴν, autem quam debitor creditori facit, ex scripto, præsertim de annuo debito l. si accepto latũ. ff. de accepti- la l. si plures apochis. C. de fide instrum. l. si. s. Titius. ff. de condi. indeb. l. qui tabulas. s. apoch. ff. de fur. Sed